



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viridarivm Sanctorvm

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

Rader, Matthäus

Avgvstae Vindelicorvm, 1607

S. Patricivs Episcopvs Prvsae

urn:nbn:de:hbz:466:1-43013

Nam si metum in corde habemus, & mortis recordationē in animo circumferimus, omnes contra nos armantur dæmones: Sed hi nos, tanquam arietibus quatientes, muro firmiores inuenient: quoniā nobis adest Dominus noster, cui gloria, honos, imperium in omnem conuenit æternitatē, Amen.

S. PATRICIVS EPI-
SCOPVS PRVSAE,

28. Aprilis
Vixit sub
Tito,

HIC Sanctus propter singularem vitā sanctimoniam & sapientiam, quam à teneris coluit, Prusæ Episcopus est creatus, qui ob Christi fidem, & ardenter eius erga alios feroꝝ, ab idolorum cultoribus cōprehensus, & ad prætorem adductus, egregiè vanitatem & stultitiam illorum redarguit, ac multis exquisitisque tormentis excarnificatus, capitis supplicium tulit. Porro cum Tyranno disputatione congregatus, obnixusque & interrogatus dixit. * geminas sedes à Deo præparatas, vnam piorum multorum, quam possiderent iusti; alterā tenebris sam & ignibus æstuantem, in qua torquendi essent impij, ignemque à

* Hæc ad ē
apud Ce-
dren. nar-
rat Proco-
fili patri-
cius audi-
ente toto
populo.

P Deo

Deo non in mundum inferiorem tantum illatum, sed superiorē etiam, vti & aquam. Alia enim supra terram aqua est, quæ mare dicitur. Alia infra terram, quæ abyssus nominatur. Vnde velut tubuli siphonesq; & venæ aquarum, fontes inquam, ad usum vi- tæ nostræ scaturiunt. Ex inferiore porro igne thermę erumpunt, aliæ calidiores, aliæ temperatores. Ignis autē, vt aiunt, infra terram locum occupat, ubi fontes & im- pij suppliciis torquentur. Quemadmodū & aquam infimam, Crystallum & tartarum nominant ubi gentes Idolorum cultrices & ipsarum Dij cruciantur. Aiebat porro se Iudæam peragrassę, Iordanemque traie- cisse, visamque sibi terram, in qua ho- dieque vindicis & vtricis iræ Numinis ve- stigia extarent, propter immania incolarū facinora, quæ in hospites quos mactabant, exercere solebant, aliaque nefaria libidinū genera & flagitia exercebant. Vidisse etiam adhuc fumantem illic regionem, terram- que cinere obsitam, ac omni destitutam fructu fætuque, seu piscium, seu pomorum. Quin &flammatus ille Aetna, haud pro- cul, in Sicilia situs, spectare cupientib⁹ fidē faciet,. Quare testamur, inquit, apud vos. iudicium per ignē à Deo olim institutum iri.

Pentapo-
lim forte
intelligit
& Asphal-
titem.

iri. Vidi enim Neapoli montem sex millibus passuum ab urbe distantem, vallibusq; sinuosum, ex quo diuinus ille ignis erupit, & velut saliens vnda trecentas vlnas ultra montis verticem elatus terrā exussit, & saxa decoxit, quoad Stephanus Sanctissimus illa tempestate pontifex cum supplicacione solenni egressus numen cœleste deprecatus, flammarum coercuit & extinxit.

Vesuuiū
intelligit.

2.

ANNOTATIONES.

SEx millibus passuum Vesuuius mons, hic Neapoli distare scribitur. Procopius LXX. ferè stadiis abesse putat. Quæ plus octo millia passuum efficiunt. Franciscus Scotus in Itinerario Italæ vix quatuor millibus remotum notat. Sunt in huius descriptione montis occupati Geographi, historici, poëtæ; Strabo, Plinius qui etiam in eo periiit, Plinius Junior, Solinus, Mela, Suetonius, Eusebius, Florus, Vitruvius, Dio, Vibius, Sequester, Tacitus, Zonaras, Cedrenus, Virgilius, Martialis, Silius, Procopius, Marcellinus, Leander in Campania. Et nuper Stephanus Pighius, Paulus Regius in virtute S. Ianuarij. apud quos mirissima sane mira de huius montis immanibus incendiis leges.

I.
lib. 2: bella
Got.

lib. 3: p. 308

Quod de Stephano sanctissimo pontifice hic notatur, nescio an ad S. Ianuariū debeat referri, de quo Baronius 19. Septembris ita ad S. M. Fastos scribit. *Habemus in nostra Bibliotheca homiliam perpetuam, in eiusdem S. Ianuarij solemnitate ad populum habitam. Incipit: Operante diuina misericordia.*

2.

P. 2 cordia.

cordia. &c. Recensetur ibi immensa illa flammarum eruptio à Vesuvio monte, ex qua quidem non tantum proxima adiacentis ciuitatis, ac circumpositarum regionum, sed totius fere Europa conflagratio imminere videbatur. qua tamen S. Ianuarij est virtute compressa. Hæc Baronius. Erupisse etiam ante annos ducentos octoginta traditur Benedicto IX. pontifice. Sed de S. Stephano nulla mentio. Narrat & Platina Benedicto II. p̄tifice, qui fuit LXXXIII. Vesuvium flamas vomuisse, sed in Stephano ea de re nihil.

30. April.

Vide Mar.

Rom.

S. DONATVS PON-

tifex Eurœæ.

Dloruit hic temporibus Theodosij Magni Episcopus Eurœæ, quæ vrbs in veteri Epiro est. In vrbe porro locus erat Soria dictus, ibidemq; fons, quem qui gustabant miseranda morte necabantur. Quod ubi sanctissimus Antistes Donatus intellectu cum sacerdotum cætu ad fontem venit, ad cuius aduentum mox tonitru exauditum, subitoque exitiale monstrum, q; in puteo latebat, emersit, sanctoque viro occurrit. Cumque draco iumenti, quo vebatur episcopus, pedes implicare conaretur, Sanctus iumenti tergū loro cædens, ipsum opportunè tetigit draconē, qui repente mortuus concidit. Tum qui mira-

culo